

Franckesche Stiftungen zu Halle

Liber Latinus In Vsum Puerorum Latinam Linguam Discentium Editus

Büsching, Anton Friedrich

Berolini, 1767

VD18 1347295X

Caput III. De Quadrupedibus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

10 CAP. II. DE ANIMALIUS GENERATIM.

Quibus fauces non sunt, ne stomachus quidem est, nec colla, nec guttur, ut piscibus, & ora ventribus iunguntur.

Cor animalibus in medio pectore. Pauca pulmonem habent aquatilia. Animalium quædam ut manibus vntuntur priorum ministerio *pedum*, sedentque ad os illis admouentia cibos, ut scirus.

Caudæ, omnibus fere animalibus & oua gigantibus; nudæ hirtis, ut apri, paruae villosis, ut vrsis, prælongis setosæ, ut equis.

Afinus rudit, bos mugit, canis latrat, equus hinnit, hædus & lepus vagit, leo rugit fremitque, porcus grunnit, tigris rancat, coruus crocit, cuculus cucularat, gallus cucurit, gallina grallat, pulli gallinacei & huiusmodi pipiunt, apes bombum faciunt.

CAPUT III.
DE QUADRUPEDIBUS.

Huius generis alia corio tecta sunt, alia corio & pilo, alia villis, alia setis vestita, alia spinis hirsuta.

Animalignunt. Habent vel *vngulas* vel *digitos*.

Solidas habent *vngulas*, quæ non sunt cornigera, ut *equus*, *afinus*, *mula* & *onager*.

Cornigera sunt *bifurca*, vt

Bos.

CAT. III. DE QUADRUPEDIAUS. II

Bos. Hic est vel ad procreandum reseruatus, vel castratus: ille dicitur *Taurus*. *Bos* fœmina est *vacca*, *bos* iunior *vitulus*, *vacca* iunioris ætatis *vitula* dicitur. Insignia boum ferorum genera sunt *Vri* & *Bubali*.

Quis. Duo genera sunt ouilli pecoris, molle & hirsutum. Mares inter oues vel *aries* dicuntur, vel *verueces*. *Aries* in eo dif- ferta *veruece*, quod ad generandum sobo- lem integer tenetur.

Caper siue *Hircus*, & *Capella*. Non omni- bus capris cornua, dependet vero omni- bus mento villus, quem *aruncum* vocant. *Rupicapris* in dorsum adunca cornua. *Ibi- ces* pernicitatis mirandæ, quanquam one- rato capite vastis cornibus.

Ceruus. Eadem est specie, barba tantum & armorum villo distans, quem *Tragela- phum* vocant.

Caprea, ceruo minor.

Alces & *Tarandus* vel *Reno*, animalia septen- trioni propria.

Dama, cuius cornua in aduersum adunca.

Sus quidem bisulcus, sed cornua non habet. Setis vestitus est. Suilli pecoris mas vocatur etiam *porcus* & *verres*, fœmina *porca* & *scro- fa*. *Aper*, *porcus* ferus.

Reliqua quadrupedia habent *vngulas*, vel *trifidas*, vt *Rhinoceros*, vnius in nare cornu: vel

quadri-

12 CAP. III. DE QUADRUPEDIBUS.

quadrifidas, vt *Hippopotamus*, in Nilo, Aegypti fluuiu nobilissimo, viuens: vel in quinque partes fissas, vt *Elephantus*, maximum animalium terrestrium.

Quadrupedia digitata, habent vel binos digitos, vt *Cameli*, quos inter armenta pascit oriens, & qui vel bina tubera in dorso habent, vel singula, cuius etiam species est *Dromas*: vel trinos digitos, vt *Tardigradus*, denominatus a tarditate in gressu & segnitie, & *Mymecophaga*, a formicis quas lingua tereti & longa captas, consumit: vel quaternos digitos, vt, *sciurus*, de quo supra dictum, *Mus*, exiguum animal penori infestum, omnia rodens, *Mus alpinus*, cui magnitudo melis est, *Glis*, animal muri simile, quod nutritur in arboribus, & bonam partem anni somno consumit, & *Hystrix*, spinis cincta: vel quinos digitos, vt *Lepus*, auribus longis & pedum celeritate notus, *Cuniculus*, dictus ab eo, quod sub terra cuniculos ipse facere solet, ubi latet in agris, *Talpa*, quae terram rimiratur, & cuniculos agit propter lumbricos, *Vespertilio*, cui membrana cœu pennæ, *Martes* & *Mus ponticus* (*Hermelinus vulgo*) pelle commendabiles,

Musfe-

Mustela, quæ mures aliaque minora animalia & serpentes prosequitur,

Mus araneus vel sorex, muris magnitudine, mustellina specie,

Ichneumon, animal magnitudine felis, forma foricis, crocodilorum & serpentum oua forbens,

Herinaceus, spinis horridus, qui ubi venatum sentit, contracto ore pedibusque ac parte omni inferiore, confluit in formam pili, ne quid comprehendi possit præter aculeos:

Canis, qui custodiæ causa paratur,

Lopus, qui ouibus, vaccis, equis, suibus insidiatur.

Vulpes, animal astutum,

Melis vel Meles, animal quod hodie fere & *Taxo sive Taxus* dicitur, in cauernis vivens, asperum, mordaxque, magnitudine vulpis:

Feles vel Felis, animal familiare ac domesticum, quod nobiscum retinemus ad murium venationem:

Lynx, vario colore, maculoso tergere, & acutissimo visu prædita:

Tigris animal maculosum, & rabidum, velocitatis tremendæ:

Pardus, cuius foemina *Pardalis* dicitur & *Panthera*, quibus in candido parui macularum oculi:

Leo, cui præcipua generositas tunc cum collum